



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Felipe papa primo et martyre. Cap[itulum]. Ixvii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



reportares in festo beati nicolai videlicet viij. idus decembris ad portum civitatis venerari ap-  
 plicuerunt occurrentibus quoque clericorum et popu-  
 lorum turbis in litore sancti nicolai descende-  
 runt: et de consensu ducis ac populi sanctorum trium  
 corpora in monasterio sancti nicolai in eodem litore  
 maris sito deposuerunt: eademque vitali eiusdem tunc  
 loci abbati deuotim obrulerunt. Sed antequam bea-  
 ta corpora in suo loco deposita foret per triduum or-  
 bus in altari paruerunt: et deinde visus ad resurre-  
 ctionem domini subsequere in medio ecclesie choro di-  
 missa sunt ad deuotionem fidelium adimplendam:  
 vbi multa miracula in egros corporibus ostensa  
 sunt: nam plures ceci illuminati: claudi erecti:  
 contractati: et alij diuersis prepediti languoribus  
 ad sanitatem reducti sunt: demones quoque de ob-  
 fessorum artibus effugati. Post que sanctorum epi-  
 scoporum reliquie digna fuerunt veneratione tu-  
 mulare. iij. kalen. iunij. Euoluto anno: vicis eor-  
 dem die quo sanctorum corpora apud myrcam ciuita-  
 tem vt predictum reperita et inde sublati. fuerat.

De sancto Theodoro martyre episcopo  
 myreorum. Cap. lxiij.



**Theodoros eps**

et martyr predecessor  
 fuit sancti nicolai anticu-  
 li et sancti nicolai nepotis  
 in episcopatu myreorum: vt di-  
 ctum est supra. prima le-  
 genda: cui corpus vna  
 cum corporibus duorum pater-  
 troz sanctorum venetiarum vbi translatum est: vt supe-  
 rius enarrauimus. Hic enim cum ecclesiam myreorum ciuitatis  
 feliciter gubernasset tempore persecutionis per christi  
 fidei martyrium in eadem urbe passus est. Quo autem  
 tempore autem de se sub quo iudice aut quo martyrium  
 genere perceptus extiterit: ignorat: eo quod ipsa ci-  
 uitas a turcis destructa sacre scripture et gesto-  
 rum martyrum codices dispersi fuerunt. Sepultus est  
 autem in eadem ecclesia in altari sancti iohannis bap-  
 tiste miraculis pollens. Inter quod illud habet in le-  
 genda sancti nicolai magni: quod dum quidam cecus nomine  
 antoni ad eum venisset per lumen bap-  
 tiste consequendo: sanctus episcopus misertus illius tulit de oleo lam-  
 padis predicti sancti theodori episcopi et martyris et si-  
 gnatum crucis faciens super eius oculos illius delin-  
 quit et confestim cecus ille lumen recepit.

De sancto Nicolao episcopo seniore. Cap. lxiij.



**Nicolaus epi**

scopus myreorum: pre-  
 fato sancto theodoro  
 in episcopatu eiusdem  
 urbis successit: et san-  
 cti nicolai magni antu-  
 culus fuit: cuius gra-  
 tia ille nicolaus voca-  
 tus est. Hic cum aus-

disset miracula que deus in infantia pueruli nau-  
 perime nati ostendere dignabatur: et qualiter  
 die natiuitatis eius erectus in peluis stererat: et  
 quomodo quarta et sexta feria semel in die man-  
 mas suggerbat: spiritu prophético vaticinatus  
 est: puerum nicolaum omnipotentis dei seruum  
 et episcopum futurum et in toto adhuc orbe si-  
 gnis et miraculis clarum ab omnibus resonan-  
 dum. Qui etiam sanctus episcopus miraculis  
 refulsit. Nam cum in castello auianense aqua  
 longius hauriretur: eo quod in oppido puteum non  
 haberent: populis et assereret: quod in vno colle  
 aque vena fuerat: que per annos multos vbi  
 esset latebat. Vir domini ad locum accedens fusa  
 oratione locum per spiritum cognouit: et per  
 cubitum ac dimidium fodiens: venam aque rep-  
 perit: que sufficienter exinde manauit. Hoc  
 minem quendam maligno vexatum spiritu de  
 regione andronice ei deductum in christi nomine  
 ab infestatione liberauit: demonemque ab eo de-  
 pulsit. Alium quoque qui dolore ventris quat-  
 tuor mensibus torquebatur: adeo vt cibos su-  
 mere non posset: et per terram reptilis more vo-  
 lutaretur: oratione pro eo fusa sanauit. Sicque  
 domino seruans in pace quiescit: cuius tamen  
 dies dormitionis ignotus est. Eius autem corpus  
 vna cum corpore prefati predecessoris sui et ni-  
 colai magni eius nepotis: vt supra actum est ve-  
 nerari vrbem delatum in monasterio sancti ni-  
 colai de litore quiescit. Successit autem huic  
 in episcopatu alius episcopus ram predecessoris  
 eius successoris in vita dissimilis: peccatis vi-  
 delicet inuolutus. Cuius nomen ob praua fore  
 merita in bystozia retinetur: et deinde nicolaus  
 huius nepos gloriosus miraculis innumeris to-  
 ro orbe famosus.

De sancto Felice papa primo  
 et martyre. Cap. lxiij.



**Felix pa**

pa et martyr  
 huius nominis  
 primus natio-  
 ne romanus ex  
 patre constan-  
 tino de regione caputauri: dio-  
 nysio pape in episcopatu ro-  
 mano successit: et sedit annos  
 duos: menses decem. Hic con-  
 stituit supra reliquias sanctorum martyrum missas  
 celebrari. Hic fecit ordinationes duas per me-  
 sem decembris: presbyteros octo: diacones quos-  
 que: episcopos per diuersa loca numero quing-  
 uaginta. Hic etiam fecit basilicam in via aurelia milia-  
 rio ab urbe quinto. Qui sub claudio imperatore  
 secundo martyrio coronatus: et sepultus est in pater-  
 na basilica quam ipse construxerat. iij. kalen. iunij:  
 et cessauit episcopatus dies quing-  
 uaginta. De sancta Petronilla uirgine. Cap. lxiij.